

vinæ providentiæ | [*tuæ supl*]icare, et ideo rogamus, sa|cratissime imp., subvenias. Ut kapite le|gis Hadriane<sup>6</sup>, quod supra scriptum est, ad|emptum est, ademptum sit ius etiam proccb.<sup>7</sup> | nedum conductori, ad|versus colonos am|pliandi partes agrarias aut operar. prae|bitionem iugorumve et ut se habent littere | procc.<sup>7a</sup> quæ sunt in ta[b]ulario<sup>8</sup> tuo tractus Kar|thag.<sup>9</sup>, non amplius annuas quam binas | aratorias, binas sartorias, binas messo|rias operas<sup>10</sup> debeamus, itq. sine ulla contro|versia sit, utpote cum in aere inciso et ab | omnib. omnino undiq. versum vicinis nost. | perpetua in hodiernum forma pra[e]st[itu]tum<sup>11</sup> et procc. litteris quas supra scripsimus | ita conf[ir]matum. Subvenias, et cum homi|nes rustici tenues manum nostrarum ope|ris victum tolerantes conductori profusis | largitionib. gratiosismo (*sic*) impares aput | procc. tuos simu[s], quib. [pe]r vices | succession. per condicionem conductionis notus est, | miser[eari]s<sup>12</sup> ac sacro rescripto tuo n.<sup>13</sup> ampli|us praestare nos quam ex lege Hadriana et | ex litteras procc. tuor. debemus, id est ter | binas operas, præcipere digneris, ut bene|ficio maiestatis tuæ rustici tui vernulæ | et alumni saltum tuorum n̄. ultr.<sup>14</sup> a conduc|torib. agror. fiscalium inquietemur (*deficiunt quaedam*).

(IV) [*Imp. Ca*]es. M. Aurelius Commodus An|[toni]nus Aug. Sarmat. Germanicus | Maximus<sup>15</sup> Lurio Lucullo<sup>16</sup> et nomine al|iorum. Procc.<sup>17</sup> contemplatione dis|cipulinae<sup>18</sup> et instituti mei ne plus | quam ter binas operas<sup>19</sup> curabunt, | ne quit per iniuriam contra perpe|tuam formam a vobis exigatur. | Et alia manu: scripsi. Recognovi<sup>20</sup>. | Exemplum epistulae proc. e. v.<sup>21</sup> | Tussanius Aristo et Chrysanthus | Andronico suo salutem. Secundum | sacram subscriptionem domini n̄. | sanctissimi imp., quam ad libellum | suum datam Lurius Lucullus . . . . . (*deficiunt versus sex*) [*et ali*]a manu: [opt]amus te feli|cissimum be[ne vive]re. Vale. Dat. | pr. idus Sept. Karthagini. | Feliciter | consummata et dedicata | idibus M[a]ris Aureliano et Corne|lian[o] cos.<sup>22</sup> Cura agente | C. Iulio P[el]ope Salaputi, mag.

*Súk el Khmis in valle Bagradae rep., est Parisiis (VIII 10370 cf. 14464 Mommsen vidit ectypum, lapidem recognoverunt Cagnat aliique. Illustravit Mommsen in Herm. 13, 1880 p. 386 seq., p. 478). — 1) Perit pagina una (quarta fere pars inscriptionis) exceptis paucis litteris. — 2) Scr. modo cum. — 3) Ultima littera paenultima superscripta. — 4) De saltus vocabulo cf. Mommsen Herm. 15, p. 392; Schulten die roem. Grundherrschaften (1896) p. 47 seq.; item supra N. 1433. 2303. 3567. 5963; infra N. 6890. 7400. — 5) Locus videtur memorari Vict. Vit. pers. Vand. 1, 38. — 6) Fortasse huius ipsius, certe similiter ad rem agrariam Africae pertinentis, legis Hadrianae pars prodiit incisa in lapide non ita longe a Bagrada meridiem versus loco dicto Aïn-Wassel (Schulten Herm. 29, 1894 p. 207 seq.). — 7) Procuratoribus. — 7a) Procuratorum. — 8) taulario (litteris contignatis) videtur esse in lapide. — 9) Cf. supra N. 1436. — 10) In libello simili in eadem regione reperto VIII S. 14428 (cf. Schulten Herm. 29, 1894 p. 204) legitur: [operas] aratorias IIII sartorias IIII messicias IIII. — 11) Lectio non omnino certa. —*